

pio tantum, ut testatur Specul. de rescript. present. §. ratione forme, vers. Nunc ad destructionem, Abb. & alii in c. si pro debilitate de offic. deleg. ubi in specie Dec. n. 10. & 11. & validum sit argumentum à illo Curie, c. Venerabiles, de confirm. uti. vel inutil. c. Ex litteris & hic Abb. de Confit. gloss. in clem. 1. §. secus de concess. prob. & Joan. And. in c. unico de rerum permut. in 6. tamen titulum hunc non fuisse semper servatum vel ex eo conijci potest quod per multas Decretales super relatas n. 30. causis hujusmodi reperiuntur commissæ Abbatibus. Præterquam quod talis titulus esset contra jus commune ac proinde non observandus per ea que tradit Anton. de But. in c. cum tanto n. 46. de consuet. Abb. in c. unico n. 5. de scrut. in ord. sac. Sed quidquid sit in aliis inferioribus, certe in Prælatibus de quibus loquimur, cessat omnis difficultas, quia Sacra Congregatio jam declaravit Abbatibus esse committendas dispensationes Matrimoniales, litteras in forma significavit aliaque hujusmodi quoad eorum subditos, si modo ipsi jurisdictionem quasi Episcopalem & proprium territorium habeant; & in specie sic respondit in casu Abbatis Nonantulani & Abbatis Caltini Durantis; idemque probavit Sanctissimus in Congregatione habita coram Sanctitate Sua in favorem Abbatis S. Joannis in Venere, si fit nullius Diocesis; idemque mandavit observari in posterum in his qui jurisdictionem pleno jure habent Episcopalem & temporalem.

Neque obstant considerationes in contrarium adductæ, nam quod spectat ad verba Concilii in d. c. ac. §. ad hæc, sess. 24. tamen inferiorum appellatione quando id verbum absolute profertur aut ad differentiam Episcoporum veniant omnes Episcopi inferiores, c. cum inferior de appell. & obed. & notatur in c. fin. de penit. & remiss. tamen secus dicendum est hoc casu, quia hoc verbum à Concilio non fuit appositum simpliciter & absolute aut respectivè ad Episcopos, sed adjectâ dictione illa aliorum que infert omnimodam similitudinem ad expressâ. Bald. in l. si fugitivi, col. ult. can. de foro fugit. & in l. Conventicula, col. 4. can. de Episc. Cler. Bart. in l. sed & reprobari n. 6. ff. de excus. tut. Bero conf. 41. n. 10. vol. 1. sed supra immediate Concilium expressit Decanos & Archidiaconos qui sunt inferiores Episcopis & quoad legem jurisdictionis & quoad legem Diocesanam & quoad obedientiam quam illis præstare tenentur, ut est textus in d. c. cum inferior; ejusmodi enim inferiores utcumque exempti, quamvis non sint de Diocesi, sunt tamen in Diocesi, Card. in clem. 2. §. simili n. 4. de privi. Rota dec. 207. n. 2. part. 2. divers. ergo dum postea Concilium subiungit & aliorum inferiorum, intelligi debet de inferioribus qui Decanis & Archidiaconis sunt similes, quales non sunt Abbates, proprium territorium & jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, qui nec sunt de Diocesi nec in Diocesi & in omni materia jurisdictionali veniunt appellatione Diocesani, ut ostensum est sup. num. 29.

Quin imò id procederet etiam Concilium dixisset & aliorum omnium inferiorum, quia nihilominus per hæc verba generalia non veniunt majora vel graviora quam expressa fuerint, casus est in clem. non potest de procur. & in l. fin. §. cui dulcia de tritic. vni. & alio leg.

Deinde ita responderetur, quando in lege aut Canone sunt enumeratæ minores aut inferiores persone, non possunt postea sub generali clausula que subiequitur, majores & superiores comprehendi, c. Sedes & hic Anton. de But. n. 10. de rescript. Bero in c. 1. n. 205. de jud. sed Abbates saltem proprium territorium & jurisdictionem ordinariam habentes sunt majores & superiores Archidiaconis & Decanis, ut probatum est supra n. 32. ergo non comprehendantur sub generali illa clausula & aliorum inferiorum, que post Archidiaconos & Decanos immediate subiequitur. Idque efficaciter comprobatur ex duobus Decretis Concilii supra allegatis, nempe ex capite tertio, sessione 24. & capite decimo quarto, sess. 25. in quibus eadem verba ad prædictos Abbates non extenduntur.

Atque ita non obstat quod d. c. 20. §. ad hæc sess. 24. ex sententia Sacre Congregationis comprehendat etiam Regulares, siquidem hæc resolutio similiter procedit in illis Regularibus qui sunt similes Archidiaconis & Decanis, non autem in Abbatibus nullius Diocesis omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus privativè ad Episcopos, hi enim etiam ex illo Concilii regulariter veniunt Episcopi & Ordinarii appellatione, nisi subiectâ materiâ, aut verba ipsa Concilii aliud suadeant. Et propterea cum alias dubitatum fuerit, an Prælati inferiori regulari nullius Diocesis ac jurisdictionem habentii quasi Episcopalem, exceptis his que sunt ordinis, competant ea omnia in Regularibus exemptis intra suum territorium existentes, que ex Concilio competunt locorum Ordinariis contra alios exemptos, Sacra Congregatio Concilii censuit competere.

Nec refert quod Concilium in d. §. ad hæc post hæc verba & aliorum inferiorum addiderit aliam clausulam cum dictione taxativa videlicet, sed Episcopi tantum exanimi & jurisdictionem

relinquantur. Quandoquidem verba sequentia restringuntur ad præcedentia, quando ad illa veniunt continuativè, l. Talis scriptura & hic Bart. de leg. 1. Abb. in c. Secundo requirit de appell. Bero conf. 176. n. 53. vol. 1.

Item quando verba prius posita habent certam significationem, non debent per sequentia recipere declarationem, Bart. in l. fin. de reb. dub. Bald. in l. 1. Cod. de legit. hæred. convenientius est enim ut præcedentia insistant in sequentia quam è converso, Bart. in l. Quisquis de leg. 3. Jalon. in l. Pacta de pacto, Roman. conf. 104. Bero conf. 77. n. 18. vol. 2. Præsertim verò, quia nullum per hoc sit Episcopis præjudicium, cum hæc loca sint extra illorum diocesim, sed Abbatibus tantum, quibus jam erat jus questum arg. c. In his, de privi. c. Suggestum, & c. Dudum ubi gloss. in ver. Nullatenus, de decim. & in terminis hujus taxativè Bero, conf. 110. n. 9. & 10. vol. 1. Et in specie si per Constitutionem collata sit alicui taxativè jurisdictionem in certum genus personarum, non censeri per hoc derogatum jurisdictioni alterius in eadem personarum Rom. conf. 456. in fin. n. 5. post Bart. in l. Vires Cod. de divers. offic. & appor. lib. 12. qui tamen dicit hoc procedere si alius habet jurisdictionem ex consuetudine, secus si à lege.

Deinde responditur in dispositione legis, ut hoc casu dictionem taxativam non excludere casus similes vel eandem rationem habentes, gloss. in l. Ob es, Cod. de præd. min. Joan. de Imol. conf. 85. In causa que vertitur n. 7. Abb. conf. 63. Ut veritas, col. pen. in fin. vers. Nec obstat lib. 2. plenè Jaf. in l. n. 1. vers. Secundo limita, ff. Si quis jus dicendi non obtent. Sed Abbates in locis sub pleno jure subiectis quoad jurisdictionem sunt similes Episcopis, Abb. & DD. in cap. Constitutus, de appell. & in c. Traslato, de Confit. Et valet argumentum de Abbate habente Episcopalem jurisdictionem ad Episcopos, gloss. in clem. 1. in ver. Proprii, de reb. Ecclési. non alien. Feder. de Sen. conf. 14. n. 4. Abb. post Joan. And. in c. Joann. de test. & in clem. 1. de for. compet. & tenet Innoc. relatus à Card. in c. Ex ore, in fin. de privi. & in c. At si Clerici, §. de adult. n. 13. de jud. Et quamvis in aliquibus differant ab Episcopis, tamen ad hoc ut non excludantur per dictionem taxativam, satis est ut sint illis similes quoad jurisdictionem, de qua disputatur argumento eorum que habentur in l. Quod Nerva, ff. Depositi, & per gloss. in Auth. Itaque Cod. Communia de success. & propterea ut supra observatum est in cap. 14. sess. 25. Abbates, de quibus agitur, non excluduntur a cognitione causarum contra Clericos concubinatorios quamvis Concilium decernat ut illarum cognitio non ad Archidiaconos, Decanos & alios inferiores; sed ad Episcopos ipsos pertineat, ponderando dictionem, ipsos, que cum sit personalissima, habet vim taxativæ, Bald. conf. 404. Nobilit. n. 1. lib. 5.

Unde etiam patet nihil obitare, quod cause Matrimoniales & criminales sint graves; nihilominus committuntur Abbatibus proprium territorium & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus tam de jure communi quam ex sententia Sacre Congregationis ex decreto Sanctissimi, & ex illo Concilliarie, ut ostensum est supra, n. 30. 36. & 37. sed & ex illo Concilii cause criminales cognoscuntur ab Ecclesiis Prælati, ut patet in cap. 5. sess. 6. c. 4. sess. 14. in quo concordia etiam juris communis dispositio in c. Irrefragabilis, de offic. Ordin. quorum quidem Prælatorum appellatione etiam prædicti Abbates continentur, cap. Decernimus, & hic Dec. n. 4. de jud. ergo idem dicendum de Matrimonialibus que à pari procedunt, cap. 1. & hic DD. de integ. restit. cum aliis supra alleg. n. 22. alioquin esset jurisdictiones confundere, contra cap. Pervenit 11. quæst. 1. & not. in cap. Pastoralis, de off. Ordin. in princ. Turrecrem. in c. de persona, 11. qu. 1. item esset alienos terminos usurpare & aliorum subditos judicare contra, cap. Nullas & c. Placuit 9. q. 2.

Similiter non obstat, quod ex cap. 3. sess. 25. à facultate decernendi excommunicationes ad finem revelationis excludantur etiam Abbates, de quibus agitur ex sententia Sacre Congregationis; id enim provenit, quia Concilium utitur dictione universaliter negativa hic, à nemine, præterquam ab Episcopo; que quidem dictio negat omnia possibilia, ut dixit Roman. conf. 199. Present n. 2. vers. Secundo quia; & magis negat quam affirmativa affirmet, gloss. in cap. Cum dilectus, in ver. à suspensis, de consuet. Nec solum utitur illis verbis, nemine, &c. sed adijcit quoque dictionem, prorsus, que est præcisâ; & ostendit absolutam voluntatem excludendi omnes Episcopos inferiores, ut latè per Felin. in cap. Ex parte, il primo, de off. Deleg. Rot. divers. decis. 528. n. 4. par. 1. unde ex eo Decreto non licet inferre ad d. §. Ad hæc, qui in diversâ materia utitur dissimilibus verbis. Quin imò decretum d. 6. 3. in contrarium retorqueri potest, nam si intelligeretur de Episcopis tantum etiam respectu locorum nullius Diocesis; utique facultas decernendi excommu.

excommunicationes etiam in prædictis locis ad Episcopum pertinet; & tamen non est ita, quia ex sententia ejusdem Congregationis monitoria hujusmodi pro illis locis petenda sunt tantum à Sede Apostolica.

Ultimò non obstat quod ex sententia Sacre Congregationis in d. §. ad hæc, verba illa & aliorum inferiorum intelligantur etiam de Abbatibus, siquidem hæc resolutio coincidit cum alia quâ declaratum fuit appellatione inferiorum in eo

Decreto etiam Regulares comprehendit, utraque autem dicitio similiter edita fuit pro his tantum Abbatibus & Regularibus qui in Diocesi Episcopi existunt; & habebant speciale privilegium ante Concilium cognoscendi causas Matrimoniales & criminales, nec haber locum in inferioribus nullius Diocesis qui jure ordinario hujusmodi causas cognoscunt, ut ex prædictis constat.



DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM

Gregorius IX. universis Ecclesiarum Prælati.

CAPUT XVI.

Nimis iniqua: & infra. Cùm religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos, elegerint in paupertate, Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: non desunt plerique tam Ecclesiarum Prælati, quam alii, qui cæca cupiditate seducti propriæ aviditati subtrahi reputantes quidquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt namque contra regulam à Sede Apostolica approbatam, & sui ordinis instituta, ipsis invitis eorum confessiones audire, ac eis injungere penitentias, & Eucharistiam exhibere; nec volunt ut corpus Christi in eorum oratoriiis reservetur: & fratres ipsorum defunctos, apud Ecclesias suas compellunt sepeliri, & eorum exequias celebrari: & si quis decedentium fratrum alibi, quam in suis Ecclesiis eligat sepulturam, funus primò ad Ecclesias suas deferri cogunt, ut oblatio suis usibus cedat. Nec sustinentes eos habere campanam vel cœmeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt ipsos celebrare divina. Volunt quoque in domibus eorum certum numerum fratrum, sacerdotum, clericorum, & laicorum nec non cererorum, lamparum, ornamentorum, pro voluntate sua taxare: ac residuum cereorum quando noviter apponetur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quod novi sacerdotes eorum alibi, quam in Ecclesiis suis celebrent primas Missas: eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis Missis, quas in suis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant & reservent: quidquid etiam eis, dum celebrant Missarum solemniam, intra domorum suarum ambitum pia fidelium devotione donatur, ab ipsis extorque oblationis nomine contententes, quod eisdem tam in ornamentis altaribus, quam in libris Ecclesiasticis absolute confertur, vendicant perperam juri suo. Quocirca mandamus, quatenus universi & singuli à prænotatis gravaminibus desistatis, subditos vestros ab hujusmodi arctius compellendo.

Nimis iniqua. Ponit quindecim gravamina Religiosis illata, à quibus præcipit Prælatos abstinere Abbas Sicut in textu hic Nec sustinentes eos habere campanam. De triplici intellectu hujus litteræ; & an liceat Religiosis in suis Ecclesiis & Oratoriiis unam vel plures habere campanas, dic ut scripti

in c. Patentibus à num. 6. usque ad n. 28. infra de privi. & de sex generibus tintinabulorum seu campanarum; & de illarum origine & multiplici usu & significatione: vide que adnotavi in c. Custos Ecclesie, n. 3. usque ad n. 7. supra de off. Custod.

de delicto defuncti, Baldus in lege Jubemus, §. Sanè in fin. C. de Sacros. Eccles. Et potest conveniri actione personali, quatenus non possideat, l. 1. & hic Bartolus C. de haret. ad. & l. 2. eod. tit. Imò tenetur etiam ultra vires hereditarias, si inventarium non confecerit, ut in Auth. de hered. & Bald. §. Hinc nobis, l. Sancimus, C. de jar. delib. Feder. de Sen. conf. 2. Item tenetur exonerare conscientiam defuncti, c. In litteris de raptor. Item fortitur forum & conveniri potest in loco defuncti vel ejus foro, l. Hares absens in princ. & hic Doctores, ff. de judic. etiam aliis sit exemptus secundum Bartolum hic. Item tenetur de evicitione pro re vendita per executores testamenti, Bartolus in lege Alia in fine de alim. & cibor. legat. & alia plura his similia.

Fingamus ergo Fratres Minores institutos sub conditione ut vendant bona hereditaria, ad hunc hereditatem & bona distinxerit & pretium erogasse in usum Fabricæ vel Sacriliæ aut in eorum necessitates, qui tenebatur ad debita hereditaria. Et quomodo consilium erit creditoribus? Erantne actione personali conveniendi Fratres, quorum inopia omnem actionem excludit ac reddit inane? Quis exonerabit conscientiam defuncti? Quis tenebatur de evicitione, si bona hereditatis distracta evincantur, aut alia adimplebitur quæ ab hereditibus præstari oportet? Præterquam quod hujusmodi lites valde repugnant intentioni Sancti Institutoris qui voluit suos fratres ab his curis & sollicitudinibus omnino avocare, ut patet ex dicta clem. Exivi, §. Amplius hic: Nullo modo debent hujusmodi voti & regula Professores se talibus curis & litigijs actionibus immiscere, ut & testimonium habeant ab his qui foris sunt & paritatis satisfaciunt voti sui, ac evitentur per hoc scandalum proximorum. Que ratio inter alios movit etiam Joannem XXII. in d. Extravaganti Ad conditorem, ad renunciandum juri Ecclesie Romanæ super bonis relictis aut oblatis prædictis fratribus, ut in §. Rarius hic. Numquid non præfata Ecclesia derogatur honori, si injuriam oporteat nunc in foro Ecclesiastico, nunc in seculari, interdum quoque eorum pedantibus juribus & servari pro rebus parvis & in vitiis continuis litigare. Non igitur mirum si successione ac jure universalis fratres prædicti absolute ac nulla distinctione adhibita declarantur esse incapaces.

Nec urgent inconvenientia superius relata, quod ex contrario Christi fideles retraherentur ab operibus charitatis, Ecclesie non edificarentur &c. Si quidem hujusmodi elemosine fieri possunt per viam oblationum & legatorum particularium quorum fratres sunt capaces, si modus licitus adjectur, ut dictum est supra, non autem per viam institutionis ac juris universalis, quia opera charitatis exerceri non debent modo illicito per quem fratres inducantur ad regulam transgressionem, ut patet in d. e. Exiit, §. Quia verò paritatem, vers. Non enim verisimile est.

39 Quædammodum nec oblat quod scripsit Bart. de clausula omni melius modo vel codicillari, & quod venientes ab intestato crederentur instituti heredes, nam in hoc quoque articulo cum reprobat Bald. in d. Auth. Ingressi n. 54. & sequitur Petrus de Anchar. in d. clem. Exivi, col. 4. in fine, vers. Et per ista & Duen. in d. clem. Exivi, col. 4. in fine, vers. Quia virtus prædictæ clausulæ est ut institutio converteretur in fideicommissum universale cum quo habet similitudinem; & ita procedit textus in lege Eam quam, C. de fideicom. in qua Bart. se fundat, non autem in fideicommissum particulare, sed fideicommissum universale Fratres Minores sunt incapaces. Ergo quoad eos prædicta clausula aut tacita executorum Institutio nihil operatur nec deducit universale in particulare, ut per Bald. ibidem.

40 Amplius non oblat quod deficientibus executoribus subventendum sit Fratribus per officium judicis, nam respondeatur id habere locum in leg. ut particularibus tantum, ad qua solvenda prædicta Decretalis Exiit in §. ad hæc quin fratribus non solum præcipitur tam heredes testatorum quam executores se præbeant liberales, sed etiam ut judices se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. At secus est ubi fratres sunt instituti heredes, quia tunc testamentum est nullum & hereditas defertur venientibus ab intestato, nisi addeat coheres vel substitutus. Bart. in tract. minor. lib. 1. dist. 1. e. 2. Feder. de Sen. conf. 26. in princ. & est communis opinio secundum Rom. conf. 169. circa declarationem, in princ. adeo ut venientes ab intestato non teneantur in foro conscientie hereditatem a fratribus restituere, ut articulo utrimque discussio concludit Bart. d. lib. 1. dist. 1. e. 2. Bald. verò in l. Nulli, C. de Episc. & Cler. Speculator & alii in contrarium allegati non loquuntur de Fratribus Minoribus qui sunt incapaces, sed de pauperibus vel alia pia causa cui subvenitur per officium judicis, aut certe intelligendi sunt de legatis particularibus tantum per supra dicta.

Denique non obstant dispensationes Sixti IV. Pauli IV. & Pii V. nam illa Pii V. habet clausulam quatenus Decretis Tridentini Concilii non adversentur; & omnes redactæ sunt ad termines Concilii tam ejusdem Pii V. quam Gregorii XIII.

neque enim videtur dubitandum quin dispensationes hujusmodi adveniant Concilio, cum in c. 1. §. 25. de reg. præcipitur Regularibus omnibus, ut ad regulæ quam piolelli sunt præscriptum, vitam insistant & component & in c. 2. ejusdem §. 1. a concessione possidendi bona immobilia in communi excipiantur in specie Fratres Capucini & Minores de Observantia. Quæcumque ergo dispensatio quæ regulæ adversatur, cujusmodi est jus succedendi quoad Fratres Minores, adversatur etiam Concilio quod præcipit ut regula observetur.

Hæc autem adeo vera sunt, ut Institutio nec valide fieri possit de Ecclesia ipsa Fratrum Minorum, ut similiter contra Bart. qui censuit hereditatem hoc casu acquiri Ecclesie Romanæ de cujus proprietate sunt Ecclesie Fratrum Minorum, determinat Bald. in d. Auth. Ingressi n. 55. movetur inter cetera, quia aut sumitur Ecclesia materialiter pro edificio; & hoc modo cum Ecclesia sit quid insensatum, non est sufficiens medium ad acquirendum Ecclesie Romanæ civilis acquisitione, l. Pecoris, ff. de servit. rustic. præd. & l. ut totum, C. de servit. aut sumitur Ecclesia personaliter & signifiative, ut l. mortuo, ff. de fideiuss. & tunc cum significet & representet Collegium Fratrum, sequitur ut Ecclesie Romanæ acquiri non possit, quia cum debeat acquiri mediante organo & organum sit insubabile, acquisitio impeditur, l. 1. §. Ceterum de acquir. poss. & l. Quæcumque gerimus de act. & oblig. allegat etiam notata in clem. Religiosus de Procure. subdens impedimentum regulæ videri de jure naturali & Divino; & in his quæ requirunt medium, cessante medio cassare acquisitionem.

Ad hæc Bartoli interpretatio quod acquiratur Ecclesie Romanæ, non solum est contra mentem testatoris qui voluit legare pauperibus, non Ecclesie Romanæ, l. Non dubium, C. de testam. sed etiam contra declarationem Joannis XXII. in d. Extravag. Ad conditorem qui renunciat omni acquisitioni domini per dictos fratres faciende Ecclesie Romanæ. Ac demum in persona vero ipsorum fratrum non valet Institutio. Ergo multo minus valet in persona fidei, ut in Auth. de nupt. §. Optimi. Ex quibus atque aliis rationibus Baldus dicit se de facto contra opinionem Bartol. consuluisset, haberet ejus conf. lib. 4. conf. 416. Viâ substitutionis & idem tenet Joannes de Lignan. in d. clem. Exivi; & hic etiam Anchar. n. 6. in quo tamen articulo, quia non defuit qui sentiant oppositum, non videtur insistentem cum non sit casus noster in quo testator non instituit Ecclesiam, sed ipsos fratres: licet modum ut supra adjectis.

Sed nec jure legati dispositio testatoris hoc casu sustineri potest, quia Fratres Minores eodem modo sunt incapaces legati universalis atque institutionis, textus est in d. clem. Exivi, §. Curientes qui de successione loquitur, de verb. signif. & tradit Bart. in d. tract. Minor. lib. 2. dist. 2. c. 1. Bald. in d. Auth. Ingressi n. 15. C. de Sacros. Eccles. Anchar. in d. clem. Exivi, col. 3. vers. Secundum membrum. Capre. conf. 31. col. 2. Paris. conf. 65. col. 4. vol. 2. Jafon. in l. 1. n. 99. ff. de leg. 1. & de legato hereditatis idem Bart. eod. tract. & lib. dist. 3. c. 1. de hered. Prædicta autem distinctio non fuerit relicta sub modo licito necne fieri debet in legatis particularibus tantum, juxta textum in d. c. Exiit, §. Ad hæc, quia fratribus, & resolutionem Sacre Congregationis Concilii superius relata n. 11. non autem in successione universalis, ut dictum est supra; & declarat Card. d. conf. 102. vers. Ad secundum, fideicommissarius enim universalis est hæres in effectu, l. Qui quadragesima, ff. Ad Trebell. & l. cum filius, ff. Quid cum eo; & rationes adductæ per Baldum in d. Auth. Ingressi atque militent in relicto universalis atque in hæres institutione. Hoc autem casu testator quatenus non valeret institutio jure legati legavit: unde in effectu hoc est legatum totius hereditatis jure universalis, cujus fratres sunt incapaces, etiam si modus licitus adjectur, ut superius probatum est. Virtus autem hujus clausulæ est ut institutio transeat in fideicommissum universale duntaxat, non autem in legatum particulare, ut inquit Baldus in d. Auth. Ingressus, num. 54.

Postremo, cum similibus casibus olim contigisset in quo testator instituerat heredes Fratres Minores Sancti Francisci, adjecta clausula quod si forsitan aliquo modo essent incapaces dictæ hereditatis: tunc bona cederent Monasterio pro augmento Fabricæ & alimentis Fratrum. Sacra Congregatio super hoc consulta, censuit simpliciter respondendum, Fratres esse incapaces. Quod autem faciendum esset de hereditate? Non esse Congregat. definire, sed adendum jure ordinario.

Succellivè quero, an & quibus casibus valida sint legata bonorum mobilium vel annui redditus facta Fratribus Minoribus Sancti Francisci, tam de Observantia quam ex Reformatione aut eorum Ecclesie vel Sacriliæ.

Solutio questionis patet ex infra scriptis declarationibus, me Secretario editis in Congregatione à S. D. N. Urbane VIII. eorumdem Fratrum negotiis præposita.

DISTINCTIO PRIMA.

De Legatis Bonorum mobilium.

ARTICULUS PRIMUS.

47 AN Fratres Minores tam de familia quam reformati, sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unice solutione seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata quam in aliis speciebus.

ARTICULUS II.

An possint eadem legata in judicio aut extra exigere per seipso vel Syndicum Apostolicum.

ARTICULUS III.

An fabricæ Sancti Petri liceat in hujusmodi legatis se ingerere infra annum ex quo dies legati cessit.

ARTICULUS IV.

Et quid, elapso anno.

DISTINCTIO II.

De Legatis factis Fabricæ.

ARTICULUS PRIMUS.

48 AN valeat legatum annui redditus factum Fabricæ, Sacristiæ vel Ecclesie Fratrum Minorum, tam de familia quam ex Reformatione.

ARTICULUS II.

An liceat Fratribus hujusmodi, legata in judicio exigere per eorum Procuratores vel Syndicos Apostolicos.

ARTICULUS III.

An liceat eidem erogare prædicta legata in usus Fratrum, an verò illa omnino converti debeant in usus à testatoribus præscriptos.

ARTICULUS IV.

An fabricæ Sancti Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum pro Fabrica vel Sacriliæ, transigendo cum hereditibus aut aliis de eadem proprietate disponendo.

ARTICULUS V.

Et quid, transacto anno.

ARTICULUS VI.

An liceat eidem fabricæ Sancti Petri se immiscere præstationibus seu fructibus eorumdem legatorum ab anno, decursis & non solutis.

ARTICULUS VII.

Et quid infra annum ex quo cessit dies præstationis.

DISTINCTIO III.

De Legatis annuis cum onere.

ARTICULUS PRIMUS.

49 AN Fratres Minores tam de familia quam reformati sint capaces legatorum annuorum quæ sunt adjecto onere celebrationis Missarum.

ARTICULUS II.

An idem possint pro his legatis in judicio experiri, agendo aut judicis officium implorando.

ARTICULUS III.

An possint Frates illa accipere à sponte offerentibus, celebrando Missas ad rationem rei acceptæ.

ARTICULUS IV.

An possint illa sponte oblata accipere per seipso, an verò per Syndicum Apostolicum.

ARTICULUS V.

An Fratres possint hujusmodi legata extinguere aut illorum proprietatem vendere & pretium erogare in usum Fabricæ vel Sacriliæ.

ARTICULUS VI.

An liceat Fabricæ Sancti Petri proprietatem eorumdem legatorum cum onere Missarum sibi vendicare, tam elapso anno quam antea.

ARTICULUS VII.

An eidem fabricæ liceat sibi vendicare annuas præstationes decursas & non solutas, tam ante annum quam post.

DISTINCTIO IV.

De Legatis annuis sine onere.

ARTICULUS PRIMUS.

AN Fratres Minores, tam Observantes quam Reformati 59 sint capaces legatorum annuorum sine aliquo onere aut modo adjecto, saltem ad effectum illa extinguendi & pretium erogandi in usus Fabricæ vel Sacriliæ. Articulus II. An ad hunc effectum possint eandem proprietatem in judicio petere per Syndicum Apostolicum. Articulus III. An possint illam convertere in usus Fratrum.

Articulus IV. Et quid si cæperint illorum annuas præstationes accipere.

Articulus V. An possint Frates exigere judicialiter annuas præstationes eorumdem legatorum in vim Martinianæ. Articulus VI. Et quid post ultimum decretum S. Congregationis hæc de re editum.

Articulus VII. An Fratres teneantur protestari se esse incapaces eorumdem legatorum.

Articulus VIII. An possint illas à sponte dantibus accipere per seipso vel Syndicos Apostolicos.

Articulus IX. An heredes teneantur florum præstationes Fratribus solvere in foro conscientie.

Articulus X. An fabrica S. Petri sui habeat sibi vendicandi horum legatorum proprietatem tam elapso anno, quam antea.

Articulus XI. Et quid de annuis præstationibus decursis & non solutis.

Articulus Ult. An hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus.

Die 6. Septembris 1618. Sacra Congregatio negotiis 51 Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia à S. D. N. præfata ad singulos articulos superius propositos ad hunc modum respondit, videlicet.

Distione I.

Ad I. Articulum, Fratres Minores tam de familia quam Reformatos esse capaces legatorum bonorum mobilium quæ unica solutione seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, [quam in aliis speciebus, dummodò tamen hujusmodi legata sint in quantitate moderata & non in fraudem pauperum].

Ad II. Fratres quidem nec per se ipso, nec per interpositam personam posse eadem legata in judicio exigere, sed Syndicum Sedis Apostolicæ tantum judicis officium implorare; dummodò similiter illa in moderata sint quantitate & sine ulla fraude pauperum & re ipsa erogentur in Fratrum necessitates. Extra judicium verò ita demum legata hujusmodi accipi posse à Fratribus per se ipso, si in aliis speciebus consistant & accipiantur in ea tantum quantitate, quam vera, & imminens eorum necessitas possulet, sed superfluum, aut pecunias à Sindico tantum posse accipi dum tamen id omne in Fratrum necessitates converterentur.

Ad III. Non licere fabricæ S. Petri in hujusmodi legatis bonorum mobilium se ingerere infra annum ex quo dies legati cessit.

Ad IV. Elapso anno licere ad præscriptum suarum facultatum.

propterea nihil proprii habere possunt etiam in communi, cum vicium eius praeberet debeat incerta mendicatis, ut dicit text. in cap. un. de relig. domibus lib. 6. & hic not. Aut. de Butr. n. 2. in primo not. Petr. de Anchar. & Abb. ubi supra, qui addit se pluries dixisse sicut Fratres Minores non possunt habere annuos redditus perpetuos, ut in Clem. Exivi de Paradiso, §. Cuiusque annui redditus, de verb. signific. ita nec Fratres Praedicatorum, quia debent fervire Deo in archissima paupertate, ut hic dicitur. Adverte tamen hos duos Ordines in hoc differre, quod Fratres Minores sunt incapaces bonorum etiam in communi ex regula & primo instituto, ut in cap. Exiit qui seminat, de verb. signific. lib. 6. & in d. Clement. Exivi Praedicatorum veto ex Constitutionibus Ordinis tantum; profiterentur enim regulam S. Augustini, ut per Federic. de Sen. consil. 12. incipien. Fratres Praedicatorum, quem sequitur hic Butr. n. 2. & Marian. Socin. n. 6. vers. Adverte, Anchar. cons. 321. Praemittenda sunt num. 3. Abb. cons. 17. col. 1. vers. Est & tertia lib. 2. ubi dicit Fratres Praedicatorum ex regula, quae est S. Augustini posse habere in communi, sed per Constitutionem à Sede Apostolica approbatam esse Mendicantes & vivere in archissima paupertate; & ita esse intelligendam hanc Decretalem, quamvis opolitum sentiat Franc. in cap. un. §. Confirmatos, n. 2. de relig. domibus lib. 6. tamen prima opinio est communis, ut testatur Bertrand. cons. 106. n. 3. l. 3. & cons. 152. n. 2. lib. 1. & Clar. in §. Testimonium, quasi. 19. per totam. Nam Beatus Dominicus in ultimo vixit spiritu: Fratres, inquit, charissimi, quae vobis tanquam filiis possidenda relinquunt, charitatem habite, humilitatem servate, paupertatem voluntariam possidete. quanta vero passim distributione prohibeo ne quis in hunc Ordinem possessionem inducat, maledictionem Dei imprecans contrarium facientem. Quae verba explicat Bald. in praelog. cons. 438. lib. 2. Ex privilegio tamen sunt capaces annui redditus perpetui & hereditatum, ut per Feder. dict. cons. 11. n. 6. Et vide extravas. Joannis XXII. Quia quorundam, circa med. vers. Nec hoc, de verb. signific. ubi primum recitantur verba Gregorii IX. in hac Decretali, videlicet, Fratres Praedicatorum & Minores in archissima paupertate Christo pauperi famulantur. Et mox subiungitur; Et tamen constat istos Praedicatorum habere in communi etiam quoad proprietatem aliquam; idque eorum status & regula non refugant.

18. Hodie cessant huiusmodi ambages, quia Concilium Tridentinum in cap. 3. sess. 15. de Regular. concessit omnibus Monasteriis, & domibus tam virorum quam mulierum etiam mendicantium; exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capucinorum & eorum, qui Minores de Observantia vocantur etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibendum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Et sub illa exceptione non comprehenduntur Moniales S. Clarae celsit S. Congregatio; tum quia ante Concilium puritati capaces erant in communi, gloss. 3. in Clement. fin. de sent. excomm. Bald. cons. 183. in princ. lib. Card. in Clem. 1. qu. 7. de regul. Item ex privilegio Sedis Apostolicae & praeteritum Eugenii IV. & Leonis X. de quibus testatur Ubald. de success. clericor. Itemque ex verbis Concilii de fratribus non comprehendendi sorores ex Bald. in l. Quisquam, Cod. de serv. facti & quia d. cap. 3. in regula loquitur separatim de viris & mulieribus. Itaque post Concilium soli Fratres Minores, quales sunt vere etiam Capucini, ut in Constitutione Pauli V. Ecclesia militantis regimini, in Bullar. tom. 3. pag. 244. sunt in statu archissimae paupertatis & incapaces hereditatum bonorum stabilium & annuorum reddituum etiam in communi.

19. Quero. Testator instituit heredes Fratres Minores de Observantia S. Francisci cum hoc ut bona hereditaria per executores ab eo nominatos vendantur & pretium erogetur in reparationem Ecclesiae, constructionem Capellae & facram suppellectilem. Et quotiens haereditas instituta non valet ex aliqua causa in corpore iuris clausula, tunc iure legati legitur.

20. An huiusmodi dispositio sit valida necne? Dispositio, cap. Exiit qui seminat. §. Ad haec, de verb. signific. in 6. omnium utilium & librorum ac eorum mobilium praesentium & futurorum quae & quorum usum fructum Fratrum Minoribus S. Francisci vel eorum Ordinis licet habere, proprietatem & dominium ad Romanam Ecclesiam liberè pertinere, usu facti tantum eis reservato & in §. Praeterea, idem ordinavit quoad loca empta de elemosinis & oblata seu concessa Fratribus sub quacumque forma verborum, nec non quoad Ecclesias & Oratoria ad Ecclesias destinata & commensuram. Quo vero ad legata declaravit, ut infra, videlicet: Si vero modum licitum in legando testator expresserit, ut si dixerit, lego pecuniam pro fratrum necessitatibus expendendam vel domum agrum vineam & similia, ad hoc quod per certam personam vel personas idem

neque distrabatur & pecunia de rebus istis accepta in edificia vel alia fratrum necessaria convertatur; aut in legando similibus modis vel verbis utatur. In hoc casu illud in omnibus & per omnia, consideratis eorum necessitatibus & moderaminibus praedictis, quantum ad fratres decernimus servari, quod per nos est superius in concessis pecuniariis elemosinis declaratum; ad quae legata solvenda tam haereditas testatorum, quam executores se liberales exhibeant.

Supervenit deinde dispositio Clem. Exivi de Paradiso, 23. de verb. signific. quae cautum est in §. Porrecta, ut pecunia & alia oblata & legata non recipiantur pro aliis causis, & sub modis aliis (ut utar verbis text.) quam ponat dicti Praedecessoris nostri declaratio quae est in dict. cap. Exiit. Deinde in §. Capientes, disponitur his verbis: Quia ergo in successionebus transit non solum usus rei, sed & dominium suo tempore in haereditate; fratres autem praefati nihil sibi in speciali acquirere vel eorum Ordini possunt etiam in communi: declarando dicimus, quod successionebus huiusmodi quae etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam & etiam ad alia mobilia & immobilia se extendunt considerata sui puritate voti nullatenus sunt capaces.

Tertio supervenit dispositio, cap. Ad Conditorum, Ex. 24. trav. Papae Joani. XXII. sub tit. de verb. signific. quae provisionem, cap. Exiit, quod oblata seu concessa fratribus pertinent ad Dominum & proprietatem Ecclesiae Romanae, usu facti duntaxat eis reservato declarat esse contra regulam & ideò eam tollit & providet, ut infra videlicet: De fratrum nostrorum consilio hoc edicto perpetuum valituro iuramus, quod in bonis quae in possessionem conferuntur vel obtinentur, aut aliis quomodolibet obtinentur contingit fratribus vel Ordini supra dictis (exceptis Ecclesiis, oratoriis, officinis & habitacionibus, ac vasis, librariis & vestimentis divinis officiiis dedicatis vel dedicandis quae ad istos pertinent in futurum, ad quae se non extendunt inconvenientia iura dicta & propter quod Constitutionem istam ad illa extendi volumus) nullum jus seu dominium aliquod occasione ordinationis praedictae, seu cujusvis alterius ad quocumque Praedecessorum nostrorum specialiter editae Romanae Ecclesiae acquiratur, sed quoad hoc habeantur prorsus ordinationes praedictae pro non factis.

Quibus ita se habentibus pro validitate institutionis asseritur; quod dispositio §. Capientes considerat institutionem idem non valere, quia per eam retinetur usus & dominium contra regulam quae ratio cessat hoc casu, quia testator expressè disponit ut dominium bonorum non remaneat penes haereditem, nec usus, sed ut vendatur & convertatur pretium in reparationem Ecclesiae, fabricam Capellae testatoris & alias necessitates ipsius quod facti secundum DD. est in consideratione, ut per Abb. cons. 63. n. 4. lib. 2. Cuman. cons. 169. & Fulg. cons. 103. n. 3. vers. Nec obstat quod si possint, & secundum hanc invitantur Christiani ad beneficendum & ex contrario retraherentur & nullum videtur fieri praedictum puritati regulae Fratrum Minorum quae tota fundatur, ut vivat in paupertate & proprium non habeant nec possideant; non tamen vult nec disponit, ut Ecclesiae non reparatur, ut Capellae non fiant, ut non habeant paramenta pro Altaribus & Calices & Thuribula; & ita servatur, ut refert Valquez lib. 3. cap. 102. illustr. contrav. n. 6. allegat Bart. in l. Civitatibus, ff. de legat. 1. & in l. Servus, ff. de olim. legat. Regula enim circa victum versatur, ut illum dictum elemosinialiter quaerant, & totam fidem in Deo deponant illum habendi, juxta illud Luc. 12. Quando misi vos sine saculo & pera & calcamentis namquid aliud desunt vobis? Voluit enim Beatus Franciscus totaliter abstrahere suos ab affectu & desiderio terrenorum, & specialiter ad Pecuniam & usu ipsius. Institutio autem secundum modum praedictum non videtur à regula deviare; & sic in fortioribus terminis concludit Bart. in tract. Minor. lib. 1. dist. 5. cap. 2. num. 3. dum simpliciter ait valere institutionem ad effectum ut bona vendantur & pretium expendatur in reparationem Ecclesiae & subministracionem locorum & Ecclesiarum humilium; idemque sentit Calder. cons. 315. alias 46. de testament. & Guido Papa, decis. 327. ubi ait ita observari se ex filio Fratrum praedicti praetigi terminum unius anni ad vendendam haereditatem & pretium deponendum. In casu autem nostro expressè facta est, ut totum in id expendatur, unde si diceremus non valere, foret effectus expressè dicere non posse fieri elemosiniam pro reparatione & fabrica Ecclesiae & paramenta altarium, quod maxime absurdum esset, quoniam institutionem hoc casu validam esse concludit Bart. in eod. tit. lib. 1. dist. 5. c. 1. & 2. n. 28. & seqq.

Hic accedit, quod scriptum dicit Bart. eod. lib. 1. dist. 2. c. 3. n. 15. de clausula, omni meliori modo appositae, ut quotiens effectus aliquid dubium in institutione directa faciat valere per indirectam, per fideicommissum; & quavis Bald. & Anchar. aliter dixerint; tamen hoc possit procedere in simplici institutione, secundum quod videtur induci modus

modus contrarius regule. At in casu nostro cum simus in institutione sub modo & ille non sit contrarius regule forte aliquid videtur dicendum.

Quae multo magis videntur procedere post dispensaciones Pauli IV. & Pii V. nec non Bullam, quae dicitur Moxe magna, de quibus apud Guil. de Benedicis, in Resp. cap. Rainarias, in ver. Eodem testamento relinquens, num. 126. de test.

Et quia in hoc testamento sunt ordinati executores cum amplissima potestate vendendi, alienandi & convertendi ad usum destinatum per testatorem, quo casu licet institutio haereditas non procederet, ipsi executores censerentur instituti haereditas & rogati, ut converterent bona prout testator disposuit, sicut formaliter dixit Bald. in l. Precibus, Cod. de impub. & aliis substitut. n. 49. per text. notab. in c. Cum tibi & testam. permittendum videtur ut exequantur dicti executores voluntatem testatoris, ne pia eius voluntas defraudetur. Quod si obijciatur fore ut tunc deficiat haereditas institutio, sine qua testamentum non valet. Responderi poterit executores censerentur haereditas institutos per praedicta. Praeterea favore pie causae valet testamentum sine haereditas institutione; ita Tiraque. in tract. de privill. pie causae, in 15. privill. per doctrinam Bart. in l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. sequitur Barbat. cons. 8. & alii plures quos citat.

Nec desunt qui sentiant etiam dati non essent executores nihilominus Monasterio subveniri officio Judicis, ut pia voluntas defuncti adimpletur; quin etiam culibet de populo actionem competere, inter quos Specul. de instr. edit. §. Nunc verò, n. 66. Joan. Andr. in cap. Si haereditas, de testam. Bart. in l. Ne quidquam, §. Cum igitur, de verb. signific. Bald. in l. Nulli, Cod. de Episc. & Cleric. Rodoa. in tract. de spol. Eccles. q. 8. n. 31.

Danque quotiens praedicta dispositio sufficeret non posset iure institutionis, fore tamen sufficere poterit iure legati, cum testator expressè declaraverit se iure legati relinquere casu quo institutio est aliqua causa in corpore iuris clausa non valeret. Certum est enim quavis Fratres Minores sint incapaces hereditatis, valere tamen legatum rerum stabilium eis factum sub modo licito, aut etiam simpliciter, cum sub modo licito factum institutur.

Qua in re satis erit afferre declarationem Sacrae Congregationis Concilii, nam cum relicti essent dicti Fratribus annui redditus, quorum sunt incapaces, petiti sunt à Sacra Congregatione, ut declararent an fratres possent sibi vendicare hos annuos redditus, non quidem ut eo modo prout relicti erant singulis annis perciperent, sed venderent; & pretium in necessitates Monasterii converterent; Sacra Congregatio censuit Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Observantia esse incapaces annui redditus legati, cum inter immobilia reputaretur, Clem. Exivi §. Cuiusque annui redditus, de verb. signific. Ceterum valere immobilia legata eis factum sub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in Ecclesiae necessitates, Franc. in cap. 1. §. Confirmatos, de relig. domib. in 6. & idem si modus non sit adiectus, nam sub modo licito relicti intelligitur, Cardin. post Bart. & Bald. in d. Clem. §. Proinde n. 11. Confirmatos autem cap. 2. sess. 15. de Regular. prohibere solam possessionem & detentionem, seu domilium acquisitionem.

Et ed magis, quia testator hoc casu usus est dictione copulativa, & videlicet & quotiens institutio ex aliqua causa non valet, lego, &c. Unde quotiens non valet institutio, censetur aequè principaliter legasse; non copula facit transire dispositionem in speciem diversam, Achil. de Grass. decis. 1. de omni iuris modo, Caputaquens. decis. 123. incipien. clausula omni meliori modo. Et de illius natura est utrumque aequè principaliter copulare, c. Cum Martha, de celebr. gloss. & Abb. in cap. Querebam, de simon. quamobrem perinde est ac si testator simpliciter & absolute legasset nulla facta haereditas institutione; neque enim legatum ex se validum per intuitum institutionem vitari debet, cap. Dilectus, il primo, de prob. & reg. Utile per inutile non vitatur, & est text. in materia auct. Ex causa, c. de liber. prater. Haec ferè sunt, quae pro validitate huius dispositionis afferre possunt.

Ceterum his non obstantibus verius videtur dispositionem testatoris hoc casu nec sufficere posse iure institutionis, nec iure legati, non quidem iure institutionis, nam quavis singularia relicta valeant si sint sub modo licito, aut etiam simpliciter, ut in d. decret. Exiit, §. Ad haec, quia fratribus, tamen secus est in institutione ac iure universalis, ut reprobat Bartol. opinione concludit Bald. in auth. Ingressi, n. 50. Cod. de Sacros. Eccles. & post eum Aretin. in l. Apud Iulianum, §. Constat, col. fin. de verb. signific. Cardin. in Clem. Exivi, §. Proinde, col. fin. de verb. signific. Anchar. in eod. Clem. col. 2. vers. Secundo casu, & quidem Baldi rationes validissime sunt & praecipue illa, quod ius universale consistit in quodam intellectu quod postquam est radicatum, non potest avelli, id est separari, l. Si sine Fagnan. in V. Lib. Decretal.

§. Sed quod Papia. ff. de minor. Unde non potest hoc ius intellectuale converti in aliquem materiale usum; Nam si haec totam hereditatem tenet, si vendatur, si vendi distinet, semper tamen permanet haereditas, l. Sed est lege, §. Quod autem de per. haered. & l. Imperator ad Trebell. cum alii per eum allegatis. Unde cum Fratres Minores non possint hoc ius retinere, nec etiam intellectualem in aliquid materiale converti valeat, merito non sunt capaces, ac facti est in singularibus relicta, quia possint praesertim converti, & in eorum usum consumi; & sequitur Cardinal. Zabar. consil. 102. Super factis, vers. Ad secundam, ubi contra opinionem Bart. ait Fratres Minores cum sint specialiter prohibiti & facti incapaces successione per dictam clementiam Exivi, §. Capientes de verb. signific. non posse univarsaliter succedere etiam quoad hoc, ut debeatur illis alimentatio; & idem Card. in d. Clem. Exivi, §. Proinde in fin. concludit enim illa quod Mendicantes sint incapaces successione ad effectum, ut vendant & pretium convertant in eorum necessitates, non procedit in Fratribus Minoribus, qui absolute sunt incapaces, sed in aliis Mendicantibus duntaxat; & ita communitè observari testatur Baldus cons. 8. super infra scriptis, lib. 2. quem refert & sequitur Dec. in cap. In praesentia, n. 169. de probat. ubi etiam ait hanc esse communem opinionem.

Nec obstat, ut inquit Bartolus, quod Institutio de Fratribus Minoribus sub modo licito continet duo capita. Unum scilicet ut sint haereditas, aliud ut vendant & pretium convertant in necessitates fabricae; & quod licet primum non valet, debet tamen valere secundum, quemadmodum valetur si testator omnino capite primo disposuisset de secundo. Respondit enim Baldus, secundum caput venire consecutivè & successorie ad primum. Unde destructio antecedenti, destruit consequens, argumentum legis Alimentata, §. Seis. ff. de olim. Legat. & ex quo institutio est pro non scripta, modus est etiam pro non scripto, ut leg. 1. §. In primo, C. de caduc. tollen.

Praeterea multum habet ponderis consideratio quod Nicolaus IV. in d. c. Exiit, §. Ad haec, quia fratribus dum agit de legatis particularibus statuit, ut si testator modum secundum quem fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret, exprimat in legando, à tali legato per unum modum fratres abstineant. Sed si modum licitum fratribus in legando testator expresserit, declarat illud recipi posse servatis moderaminibus hic praescriptis; & similiter Clemens V. d. Clem. Exivi in §. Porrecta, agens de legatis particularibus declarat illa recipi posse secundum ea quae eius praedecessor expressit in d. c. Exiit, id est cum modus licitus est adiectus. At vero in §. Capientes, ubi agit de successione & iure universalis, eam distinctionem non adhibet, sed declarando dicit successione huiusmodi fratres dicti Ordinis considerari sui puritate voti nullatenus esse capaces, adiciens nec licere eis valorem hereditatum talium vel tantam eorum partem, quod praesertim possit haberi in fraudem fieri quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere vel sic dimitti recipere, quin potius ista sit fieri ab ipsis simpliciter prohibita. Haec autem diversitas quae ponitur inter legata particularia; & sic successione universalem potest convinci non aequè fratres Minores esse capaces successione ac legatorum, sed legatorum quidem si sub modo licito relinquuntur. Successione vero simpliciter & absolute esse incapaces. Praesertim ponderando distinctionem nullatenus, de qua in d. §. Capientes, quae cum sit universalis negativa & idem importet quod nullo modo, c. 1. §. ad haec, ubi Archid. de restit. spoliat. in 6. excludit capacitatem successione etiam per modum alius licitum; & efficitur ut fratres sint incapaces successione in quacumque parte etiam minima, ut de hac dictione nullatenus dicit Gem. cons. 35. per clarior. n. 2. & omnem dispensationem excludit secundum glossam in Clem. Ut iis in verbo Nullo modo de state & qualitate. Quid enim opus fuisset eam distinctionem adhibere in legatis & successione simpliciter prohibere, si tam legatorum quam successione essent capaces, ubi modus licitus esset adiectus.

Et confirmatur, quia si distinguendum non esset inter successione & legatum, sequeretur ut fratres Minores essent capaces institutionis simpliciter factae sicut sunt legatorum, quae cum modus non est adiectus, censentur facta sub modo licito, ut in d. Decreto Exiit, §. ad haec, quia fratribus, vers. si vero fratribus ipsis generaliter aliquod modum expressione legatur; & declaravit Sacra Congregatio Concilii. Sed consequens est absurdum, quia institutionis simpliciter factae praedicti fratres sunt absolute incapaces, ut in d. §. Capientes, ergo & antecedens.

Ac denique quotiens etiam Institutio effectum vendendi non repugnaret regule in his quae pertinent ad dominium, possessionem vel usum rerum, considerandum est tamen in fratribus, ut praeteritur institutos, cum secundum Baldum nunquam desinant esse haereditas, transire iura & actiones activè & passivè. Haereditas enim tenetur de facto, de contracta

Distinctione II.

- 51 Ad I. Articulum. Valere legatum annui redditus factura Sacristie vel fabrice Ecclesie vel Conventus Fratrum Minorum tam de familia, quam de Reformatione, nisi adit excessus in quantitate.
- Ad II. Nec per seipsum, nec per alios licere Fratribus in iudicio exigere huiusmodi legata, sed Sindico Apostolico duntaxat.
- Ad III. Non licere eadem annui redditus legata erogare in usus fratrum, sed illa omnino converti debere in usus a testatoribus prescriptos.
- Ad IV. Fabrica S. Petri non licere infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum cum heredibus transigendo aut alias disponendo de eadem proprietate.
- Ad V. Idem non licere.
- Ad VI. & VII. Possit fabricam S. Petri se immiscere in praestationibus, seu fructibus eorundem legatorum ab anno decursis & non solutis; non autem infra annum, ex quo dies praestationis cessit.

Distinctione III.

- 52 Ad I. Articulum, Fratres Minores de familia, quam ex Reformatione nullatenus esse capaces legatorum annuorum quae sunt adiecto onere celebrationis Missarum.
- Ad II. Non posse pro his legatis in iudicio experiri, aut ad iudicis officium implorare.
- Ad III. Possit Fratres illa accipere per modum elemosinae a sponte offerentibus celebrando Missas ad rationem rei acceptae, citra tamen ullam obligationem ad omnes perpetuum & dummodo prius protestentur se illorum capaces non esse.
- Ad IV. Sindicum Apostolicum & pro Fratrum necessitatibus, non autem Fratres ipsos etiam per alios posse huiusmodi legata utcumque sponte oblata accipere, si in pecunia consistant.
- Ad V. Non posse Fratres huiusmodi legata extinguere aut illorum proprietatem vendere & pretium erogare in usus Fabricae vel Sacristiae.
- Ad VI. Licere Fabrica S. Petri ad suarum facultatum praescriptum sibi vendicare eorundem legatorum proprietatem cum onere Missarum celebrandarum tam elapso anno, quam antea.
- Ad VII. Similiter licere.

Distinctione IV.

- 54 Ad primum Articulum Fratres Minores tam Observantes, quam Reformatos non esse capaces legatorum annuorum quae sunt sine aliquo onere aut modo adiecto, nisi ad effectum illa extinguendi, seu illorum proprietatem & pretium convertendi in usus Fabricae vel Sacristiae.
- Ad II. Non Fratres ipsos, sed Sindicum Apostolicum tantum posse eandem proprietatem in iudicio petere.
- Ad III. Possit convertere.
- Ad IV. Si Fratres coeperint illorum annuas praestationes accipere, ne hinc fiat suarum paupertati, expedire, ut de cetero decernatur eo casu non licere amplius Fratribus eandem proprietatem vendere, ac pretium in usus Fabricae vel Sacristiae erogare. Ideoque agendum cum Sanctissimo Domino Nostrum.
- Ad V. & VI. Fratres nullo modo posse in iudicio exigere annuas eorundem legatorum praestationes.
- Ad VII. Teneri.
- Ad VIII. Possit illa per modum elemosinae & a sponte dantibus accipere etiam per seipsum, si in aliis speciebus consistant, quod si in pecunia, non nisi per Sindicum Apostolicum.
- Ad IX. Non teneri.
- Ad X. Fabricam S. Petri nullum jus habere vendicandi horum legatorum proprietatem, nisi elapso anno.
- Ad XI. Similiter non habere jus vendicandi huiusmodi annuas praestationes, nisi ab anno decursis.
- Ad Ult. Hec omnia locum non habere in legatis infra decennium, sed in his tantum quae sunt ad decem annos & ultra.
- 55 Cum his declarationibus consentiant alia decreta ab eadem Congregatione edita 14. Junii 1628. & die seq. publicata in Congregatione generali Fratrum Minorum de Observantia in praesentia D. Cardinalis Gippii, quorum tenor talis est, videlicet.

Sacra Congregatio in S. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae consultationibus proposita volens quantum potest in Domino ipsorum postulato satisficere circa Novitios ad habitum & professionem admittendos; Sanctitate sua approbante, censuit tunc demum esse illis permitendum, ut Novitios ut supra recipiant, cum consulerit eos ipsorum Conventibus eo, sustulit abusus omnes, qui Regulae S. Francisci Observantiae

adversantur. Quod ubi praesertim, designanda erunt loca pro istdem Novitiis recipiendis & prescribendis recipiendorum numerus & qualitas; & alia ad eorum institutionem pertinentia; & prout unquam Provincia id exequetur, eidem receptionem huiusmodi fore permitrendam.

Abusus vero quibus eos propterea mederi oportebit sunt potissimum infra scripti.

Ac primum abdicentia a se & eorum Conventibus non solum pristina ac bona omnia immobilia que alicubi contra Regule puritatem & declarationes sel. recor. Nicolai III. & Clem. V. extra vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos & legata annua, super quibus Sacra Congregatio praecipit observari decretum Congregationis Generalis Romae habitae die 17. Maii 1603. Cujus tenor talis est.

Cum annuos redditus, sicut caetera bona immobilia nobis habere non liceat, ideo renovantes alia generalia statuta, decernimus quod Frater inducat personam aliquam ad electionem perpetuam Ordini nostro exhibendam nec exhibendam a quopiam vivente suscipiat; & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes quod ad perpetua legata petenda non possunt Fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum elemosinae abque allegatione alicujus debiti. Decernitur praeterea, ac praecipitur per S. Obedientiam quod quoties relinquitur contingat aliqua legata perpetua alicujus personae, & Hospitalibus vel alicui Reipublicae & aliis domibus ea lege quod teneantur Fratres praestare singulis annis certam elemosinam, sive omnino gratis, sive ut ipsi Fratres dicant certa officia & Missas quod Guardianus faciat praestationem et qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod cum ad illas elemosinas nullum jus habeant ex vi legati non possunt obligari ad illa Officia & Missas. Si tamen facta ista praestatione haeres ex sua libera voluntate voluerit dare elemosinas illas & committere Fratribus dicta Officia & Missas; tunc fratres tuta conscientia possunt elemosinas huiusmodi recipere. Quod totum & melius fortius in relicta legatis singularibus fratribus simili modo faciendum esse decernimus.

Inhibemus autem ne Sindicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos suis fratribus. Protestatio vero sic fiat sub sigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus & Fratres Discreti hujus Conventus N. dicimus ad nostram notitiam pervenisse quoddam N. certam elemosinam quantitatem Conventui huic distribuendam perpetuo gratis vel fortis pro aliquibus Officiis aut Missis dicendis legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis elemosinae accipere ex Instituto sancto nostro & jure nobis non liceat; ideo per praesentes liberet protestamur in Domino, quod legatum praedictum tantquam illius incapax ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen haeres commissarius, aut legatarius ipse testatoris dictam quantitatem per viam simplicis elemosinae omni obligatione, dominio & proprietate penitus cessantibus, nobis liberet conferre voluerit illam simpliciter accipiemus & pie testatoris voluntatis quantum in nobis fuerit plene ac fideliter satisficemus. Hec autem protestatio subscripta per Guardianum & Discretos Conventus dabitur illi qui tenetur testatoris voluntatem implere; & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis hanc Constitutionem fuisse ad plenum adimpletam.

Est autem haec protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura hinc disputans quaestionem; & ex Apostolicis declarationibus Regulae nostrae colligitur. Et ut omnibus sit compertum id quod tantopere est necessarium; ipsam D. Bonaventurae quaestionem suam ex Apologetico desumptam hic apponere de industria non gravabimur quae talis est ut sequitur.

Cum asseratis, vos secundum Regulam & professionem vestram nullos debere recipere proventus reddituum seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videlicet transgressores Regulae vestrae in eo, quod accipit domos, vel areas non contiguas vestris aedibus, in quibus habitatis eodem enim modo si hoc licet poteritis etiam vineas recipere, & agros & mansos, & similia quaeque recipere; imo gratias & villas, & castra; & terras, & oppida, & quaecumque fuerint vobis data; & sic pristina paupertas & mendacitas, quam professi estis, paulatim evanescere, & non eritis discipuli S. Francisci, cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis: de domibus enim vobis contiguas potest esse excusabile, quod pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiatis, sed de aliis non, in quibus homines alios pro sensu locatis, quem procurator vester loci vestri exigit, & in usus vestros converti de voluntate vestra. Si qui in talibus incautus agunt, dolemus & contradicimus & prohibemus. Qualiter autem in hoc licite agere possimus, advertite; & tunc non judicabitis nos, si sane intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nihil debere

58

debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere vel habere, quia vero mendicis sumus, & pauperes, & quibus pro praesenti necessitate indigemus, ideo recipimus prout licet, sive pro solvendis debitis, vel aliis necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostrae mansioni, non recipimus eam per nos, nec per impostitam personam ut nostram, sed si ille sam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio ejus provideatur nobis ex parte in his, quibus tunc indigemus procurandis vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens ne forte ejus talis dispositio per haereditarios suos, vel alios impostiter impediatur, & propter hoc praecipiat repudiare illam sigillo alicujus iudicis, vel civium, vel alterius etc. & sic committit eam alicui amico suo vel fratri, qui conservat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nihil ad nos, cum de rebus suis potest ordinare quod vult non locum talem, vel donum dicimus esse nostram, cum nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum vel alium, quod de pretio, vel de proventus illius, vel illis darentur fratribus tot panes quotidie vel tantum elemosinae singulis septimanis aut annis, nos esse nos propter hoc praedit, vel reddituum possessores; nam si me petente elemosinam aliquis dives permittat quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadis tot panes & hoc committat officialibus suis, ut vice sui ita det eam eo absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiam illi negligat dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus, cum non ex jure, sed ex gratia solum talem elemosinam recipiamus vel exigamus.

Et si post obitum illius, uxor ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis elemosinam per se vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia: ita quod quodcumque nollet amplius ista dare, nihil pereremus ab eis quali ex debito, sed more mendicorum recuremus ad donum clementis domini pro quotidiana elemosina quamdiu illi placeret; sed quando plus nollet, discimus ut cui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hec est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex jure. De censibus vero domorum fratrum legatorum nihil querimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem antequam vendatur aliquid inde censum dare voluerit, in quorum tunc potestate sunt illae domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed elemosinam nobis sponte oblata simpliciter recipimus, si aliunde donatum. Quia vero Dominus docet nos cavere ab hominibus Math. 10. & Apostolus ab omni specie mala abstinere primo Thessal. 5. Ne putemur ab ignorantibus transgressores regule nostrae, debemus aperte protestari nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspensus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus possit ista suspicio probabilis judicari. Hec omnia D. Bonavent.

Sed quia in his casibus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non compertatur habere aliquem patronum, qui fieri habeat talis, ut supra, protestatio, decernimus quod in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in constitutionibus super cap. 6. *Leg. et §. Inhibemus*. Quod nimirum huiusmodi redditus assignentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum aut Civitatum, qui tales elemosinas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiae Romanae, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant, & fratres sive alii Sacerdotes, quando fratres noluerint tales Missas; vel suffragia juxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte, secundum quantitatem talium obventionem interdicere faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant a fratribus capitaliter congregatis nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferretur dominium & proprietate alicujus Capelle sive sepulturae, cum hoc omnino sit contra Regulam & nostrum repugnet Instituto, nam quomodolibet aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obulerit in qua oporteat satisficere devotae fidelium voluntati, id fiat per modos nostrae regule & Instituto congruentes. Est autem protestatio praedicta necessaria ne ut ait D. Bonavent. ab ignorantibus nostrum Institutum regule nostrae transgressores judicemur. Cujus Seraphici Doctoris sententiam hic inferendam judicavimus quatenus & medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum qui existimantes Charidim fugere in Scillam incidunt in favorem Ordinariorum vel alicujus tertii vel haereditis, renunciantes praedicta legata, quasi non esset opus proprietatis & domini donare, sicut accipere & summa dementia alienum renunciare.

De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis Fagnani. in V. Lib. Decretal.

vel Commissarius Generalis nisi cum consilio Guardiani & Discretorum Conventus in usus Sacristiae, Fabricae Ecclesiae & Conventus provideat prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimum sacram hanc Congregationem & legatorum renunciationem fuisse executioni demandatam constare debet hinc S. Congregationi ex Generalis vel Commissarii Generalis & Ordinariorum attestationibus gratis & absque ullo fratrum dispendio concedendis.

Deinde a fratribus particularibus auferatur quocumque rei proprietate, si quae sit & omnia in communi redigantur ad regul. Sac. Can. Apostol. Constit. & S. Concil. Triad. dispositionem. Potissimum vero tollantur pecuniae & quamprimum infamantur in veras & communes ipsorum Conventuum necessitates; idque fiat a Synodis Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniae mediate vel immediate superfit in manibus vel potestate fratrum etiam Superiorum.

Ad haec tollatur abusus Aromatizationum, ita ut de cetero illae non retineantur, nisi ad usum Monasteriorum duntaxat nec liceat res illarum cuique vendere.

Praeterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis vel Sacristiis, aut alibi cippos & truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias nec capsulas pro elemosinis Missarum.

Ac demum Superiores Regulares invigilent, ut fratres communi mensa utantur, Divina Officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali & Divinum Cultum diligenter exercent ac cetera implent, ad quae pro Regulae observatione tenentur.

Haec autem superioris expressa fuisse ad effectum perducta constare debet eidem S. Congregationi, ex attestatibus medio juramento Generalis aut Commissarii Generalis aut visitatorum praevia diligenti informatione capta in visitatione singulorum Conventuum cujusque Provinciae Romae 14. Junii 1628.

Porro supra scriptis declarationibus & decretis non adversantur quin potius favent alia decreta in Congregatione Fabricae Sancti Petri edita jussu Sanctissimi D. N. in hac verba

Decretum Sacrae Congregationis Fabricae Principis Apostolorum de Urbe super Legatis rēlicis PP. Minoribus de Observantia S. Francisci.

Um saepe fuerit habitus recursum ad Sacram Congregationem Ven. Fabricae S. Petri super annuis Legatis factis seu faciendis ad favorem Fratrum S. Francisci Minorum de Observantia, cum onere Missarum, seu Officiorum sive gratis sive alio modo.

Præterea Ven. Fabrica S. Petri ad illam spectare propter dd. Fratrum incapacitatem huiusmodi Legatorum. Dicit autem Fratres allegantibus posse annua legata huiusmodi recipere tuta conscientia quantum heredes ex sua libera voluntate voluerit illa dare in elemosinam; & committere Fratribus dd. Missas & Officia juxta sententiam S. Bonaventurae & Decreta S. Congregationis a S. D. N. Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae Consultationibus praepositis sub die 4. Junii 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna praemissorum provisione facta prius relationis S. D. N. Urbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine & mandato, decrevit in futurum super huiusmodi Legatis observari, ut infra.

Quod huiusmodi Legata per Debitores vel haereditas non extinguantur vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricae faciendam vel alio quovis modo, sed illorum Capitale, sive fossi principalis vel Proprietate absque aliqua diminutione conservetur semper & perpetuo ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existentis bene viros possint applicari: ita tamen ut quantum applicationem speciale auctoritate Apostolica fieri non contingit heredes vel Debitores possint liberè si velint, dictis fratribus dare dicta annua Legata per eosdem fratres recipienda in elemosinam, non autem per eos exigenda. Et quod quavis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque speciali Romano Pontifici permissione facta eo ipso nulla sit nec Debitoribus, aut aliis quibuscumque suffragetur.

Quodque Commissarii, alique Ministri Ven. Fabricae super huiusmodi capitale, seu proprietate supra dicta, se de cetero non intromittant, nec dictos heredes, seu Debitores aliquo modo molestant, nisi ad effectum reinvestendi in casu reinvestimenti, seu provideri aut conservetur, ut supra aut alias in executionem applicationis auctoritate Apostolicae facta vel faciendam.

Et quod nolentibus dd. haereditibus vel Debitoribus dare supra dictis fratribus da. elemosinas, seu annuas praestare

tionem, sive Legata, ut supra solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis a die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum vel a die maturata; illius solutionis eadem fabrica & illius Commissarii & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito pro rata tamen, in qua fuerit, ut supra elapsum biennium vel ultra possit & valeat, annuas præstationes hujusmodi exigere; exigique facere ad sui beneficium, juxta suas facultates & Privilegia; salvo semper capitali, seu proprietate ut supra ad effectum, quod heredes vel debitores (dummodo de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum nec prædicta Legata in alios usus ejus autoritate applicata fuerint vel applicari contigerit) possint si velint, quandocumque futuris temporibus & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus, dicta annua Legata in elemosinam, ut supra, nec fabrica eisdem heredes vel debitores molestare possit & voleat toties & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantum, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium vel ultra, ut supra; salva semper erectione Beneficiorum & applicatione Legatorum, seu quorumcumque bonorum & reddituum ac Jurium ejusdem Beneficiorum, seu alius usus piis autoritate Apostolica facta vel in posterum quandocumque & quomodocumque faciendi; & executione litterarum Apostolicarum deluper expeditarum seu expediendarum; Ita ut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ & illæ remaneant, ac suos plenarios & integros effectus foris debeant ita quod neque Fabrica, neque heredes vel Debitores præfati, ullo modo illas impedire retractare vel controversere valeant & salvis semper Sedis Apostolicæ autoritate ac fa-

cultatibus competens dictæ Sacre Congregationi Ven. Fabricæ.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supra dictis sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda ne audeant, seu presumant, nec quilibet eorum audeat seu presumat per se nec per alios Suidicos, Ministros, seu Procuratores tam seculares, quam Regulares dictas annuas præstationes seu Legata, nec judicialiter tam coram quocumque Judge Ecclesiastico, quam seculari Ordinario vel delegato, nec aliis nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Ciimontane familie à Sanctissimo Domino Nostro deputata ab hæredibus seu quibusvis aliis eorum Debituribus petere, minime dd. heredibus, seu Debituribus facere aliquas receptas pro dd. annuis præstationibus nisi pro rata, & pecunia, seu elemosinis supra dictis cum effectu, ac verè & realiter eidem fratribus data vel soluta, seu datis vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, quia vere fuerit iisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper ne Provisor Apostolicus pro tempore de Beneficiis quibus Legata supra dicta fuerint applicata vel eorum Procuratores & ministros super erectione dd. Legatorum directè vel indirectè impedire vel molestare quovis quæsitio colore vel prætextu audeant vel præsumant. In quorum fidem, &c. Dato Romæ ex Collegio ejusdem Sacre Congregationis die 14. Februarii 1693.

Dominus Card.

Loco † Sigilli.



DE NOVI OPERIS NUNTIATIONE.

Innocentius III. Cantuarien. Archiepiscopo.

CAPUT II.

Cum ex injuncto: & infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quidquid ædificatum est in Ecclesia de Lamech, post novi operis nuntiationem, expensis tuis facias penitus demoliri, eo non obitante, si etiam absens extiteris: cum tantum sit legitima sanctio, ut si is, cui opus novum fuerat nuntiatum, ante remissionem ædificaverit, deinde agere cæperit jus sibi esse, ita ædificatum habere, sibi debeat actio denegari: reducens prorsus in irritum, quidquid de instituendis ibi Canonis, & aliis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinum revocatis: quos ab obligatione præstiti juramenti, pro eo quod ibidem instituti fuerunt, autoritate nostra, per te denuntiari præcipimus absolutos: cum enim amodò non teneat principale, quidquid ex eo, vel ob id securum est, sub præmissa dilictione decernimus irritandum: & infra. Super eo quoque non sufficimus admirari, quod cum viri religiosi Monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus, & periculis personas & res non dubitaverunt frequenter exponere, (quod non fecissent, nisi cognoscerent præmissa respicere in grave Cantuarien. Ecclesiæ detrimentum) tunc saltem pro vitando tam gravi scandalo proximorum, ab hujusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cum sacre Scripturæ testimonio debueras didicisse, quod licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda; nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt; ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandum, & eis tamen pro vitando scandalo insistentibus; undè Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum. Et Dominus in Evangelio contra eos, qui scandali præstant materiam:

De nov. oper. nunt. c. Cum ex injuncto. 211
Væ (inquit) homini illi, per quem scandalum venit, &c. Et licet majortum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, juxta testimonium veritatis: Qui scandalizaverit (inquit) unum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. Finis ergo his taliter à te imponatur, quod præteritæ contra dictionis rebellio, per virtutem sequentis obedientiæ valeat expiari.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia ædificata post mutationem novi operis destrueda est expensis constructis.
- 2 Ædificata post mutationem novi operis non sufficit, ut patientiam præstet operis demolendi, sed ædificium ejus sumptibus est demolendum.
- 3 Et quid si nuntiatio facta fuerit prædecessori ædificantis & num. seqq.
- 4 Interdictum demolitorium novi operis datur heredi & in heredem etiam post annum.
- 5 Et transit in singularem successorem etiam dignitatis n. 8.
- 6 Datur tamen ad patientiam; sed non ad impensam.
- 7 Nisi successor ratum habet ædificium captum vel ædificet, & num. 8.
- 8 Scandali in materia que regulari sint observanda.
- 9 Destructa Ecclesia vel loco propter aliquorum delictum, nullas debet volari Clericus illius Ecclesiæ vel munitæ illius loci.
- 10 Scelus si destruantur ab hostibus, quia omnia privilegio retinet, n. 12.
- 11 Item si destruantur terra motu, n. 13.
- 12 Et idem si in alium locum transferantur vel utantur n. 14.
- 13 Quod locum habet etiam in civitatibus & aliis locis prophanis, n. 15.
- 14 Reædificatum autoritate Superioris recuperat omnia privilegia.
- 15 Capitulum Cathedralis Ecclesiæ an & quando ab Episcopo vel alius Canonici ad alium locum intra vel extra Diocesim transferri possit, latè discutitur, ut n. seq. usque in fin.
- 16 Quid de jure communi, n. 17.
- 17 Et quid ex Bulla Clem. VI. n. 39.
- 18 Capitulum celebrari debet in Ecclesia & loco ad hoc determinato.
- 19 Nec Episcopus potest domi suæ illud convocare, sed ad aulam Capitularem, ubi anted. solitum fuit convenire.
- 20 Electio quamvis fieri debeat in Ecclesia, tamen si fiat alibi, non propter hoc est nulla, nec annullanda, & num. seqq.
- 21 Locus non est de substantia electionis.
- 22 Capitulum cum non potest tunc convenire in Ecclesia vel loco Capitulari ad alium locum transferri potest.
- 23 Et juxta causam transferendi est repulsio Episcopi ab ingressu in civitatem, num. 23.
- 24 Universitas congregari solet in loco publico & solito, nisi hic non possit congregari propter bellum vel aliud impedimentum.
- 25 Episcopus & Canonici sunt unum Corpus.
- 26 Nec debet Episcopus in negotiis Ecclesiæ omitti membris aliarum consilio uti.
- 27 Episcopus potest Capitulum convocare si aliquid Canonici ad deliberandum proponat, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur.
- 28 Nec ad id admittitur Vicarius Episcopi si Capitulum sit exemptum.
- 29 Executor, cui aliquid certo loco expediendum committi-

- 30 tur, sed vid. ei loco serviri non possit, extra locum poterit expedire.
- 31 Episcopi expulsi possunt omnimodam jurisdictionem exercere in aliena Diocesi petita, licet non obtenta licentia à Diocesani locorum.
- 32 Et dicuntur expulsi etiam non admissi.
- 33 Jurisdictione concessa censentur concessa omnia sine quibus jurisdictione explicari non potest, & num. 33.
- 34 Episcopus qua negotia expedire non possit sine consensu, vel concilio capituli.
- 35 Capitulum est Senatus Ecclesiæ.
- 36 Canonici præsentem in Ecclesia à tyranno occupata pro negotiis communibus tenentur ire ad Canonicos forissecos etiam pastores, & quando secus, & numero 35. & 36.
- 37 Et quid in absentibus ob privatas inimicitias.
- 38 Inimicus se credere nemo tenetur etiam cum litteris conductus & asserationis.
- 39 Rebelles dicuntur qui Principem, vel ejus Nuntium violentem ingredi civitatem non admittunt.
- 40 Rebellio an committatur tantum contra Imperatorem, & ejus officiales, an verò etiam contra Reges, & Principes non recognoscentes superiorem.
- 41 Rebellis dicitur qui de facto resistit superiori, vel jurisdictioni.
- 42 Et omnis existens in protervia & notoria inobedientia.
- 43 Declaratoria super facto rebellionis non requiritur quando de illa incidenter agitur.
- 44 Nec quando rebellio est taliter notaria, ut nulla possit tergiversatione celari aut defendi.
- 45 Notarii delinquentes etiam si notorium sit facti transiens, audiendi non sunt appellantes, ibid.
- 46 Rebellis notorius dicitur vassallus, qui se tuetur contra Dominum, & non vult eum admittere in Castrum.
- 47 Citatio non est necessaria ubi certum est absentem nullum jus competere.
- 48 Ad Capitulum constituendum regulariter non sufficit major pars, sed requiritur, ut duæ tertia partes sint præsentem.
- 49 Declaratur.
- 50 Universitatis pars minor instante termino ad expeditionem actus præfixo, potest convocare majorem, & eo accedere renuente, actum explicare.
- 51 Capitulares actus ex contemptu aliquorum non sunt nulli, sed nec etiam debent cessare, nisi ipsi prosequantibus contemptum.
- 52 Absentes non sunt vocandi, in tribus casibus, hic expressis, & in aliis consimilibus, & multum arduis.
- 53 Et an sint citandi absentes extra provinciam.
- 54 De quam longinquo loco sint vocandi, statum consuetudini.
- 55 Bulla Clementis VI. super translatione Capituli Leodiensis ex causa rebellionis contra Episcopum refertur.
- 56 Confirmatio Apostolica translationis Capituli Leodiensis.

Cum ex injuncto. Etiam Ecclesia ædificata post nuntiationem novi operis, detrahenda est expensis constructis. Hoc dicit cum capite præcedenti. Dividitur in tres partes. In prima jubet opus demoliri & irritat quidquid ex illo securum fuit. In secunda redarguit Archiepiscopum qui non curavit scandalum subditorum hæc super eo. In tertia hortatur eum ut patet hic finis.

ead. ratio est, quia successit in vitium prædecessoris, c. quia, supra de jud. & est simile in spolio quod transit an quocumque successores ad quos res ipsa pervenit cum sua causa; & sic cum vitio spoliationis, glof. 1. & communiter scribentes in c. Serp. de reb. spol. ut licet per Ripam n. 19. Seraph. dec. 6. 1262. n. 1. Gregor. XV. dec. 542. n. 3. & quamvis regulariter interdictum demolitorium contra successorem datur ad patientiam, non autem ad impensam, quia successor vel heres in penam non succedit, ut l. penult. ff. de nov. oper. nunc. Tamen hoc fallit si successor ratum habeat ædificium captum vel ædificet, ut in d. §. Hoc interdictum & in l. 7. ff. eod. hoc enim casu interdictum quoad omnes effectus traahitur in successorem etiam dignitatis; & ita intelligit hoc caput cum glof. 1. ut notat glof. marginal. post Host. in princ. in ver. Expensis tuis. Joan. And. n. 17. Bar. n. 7. & Abb. n. 8.

Nota primò hic expensis tuis factis penitus demoliri, non sufficere ut ædificans post nuntiationem novi operis patientiam præstet operis demolendi, sed amplius ædificium tuis sumptibus esse destruedum, ut hic in littera & notat Abb. in t. not. quod locum habet etiam novum opus nuntiatum fuerit prædecessori ædificantis, prout contigit in casu hujus Decretalis, ut patet hic. Si etiam absens extiteris, juncta expositione Joan. And. n. 1. in verbo absens. Adhuc enim d. bet destrui sumptibus successoris, dummodo tamen idem successor ratum habeat vel profectus fuerit opus à prædecessore inchoatum, hoc enim interdictum datur heredi & contra heredem, etiam post annum, l. Prætor, §. hoc interdictum. ff. de nov. oper. nuntiat. & transit etiam in singularem successorem, l. fin. ff.

Secundò nota ex textu quatuor regulas in materia scandali. Prima est, pro scandalo vitando omittenda non sunt que sine mortali peccato omitti non possunt, ut baptizari, horas dicere & patientiam accipere; & hæc colligitur hic quod licet.